



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Simeon Stylita. 5. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

E Rubescit hoc die Ægyptus, cùm in tam parvâ chartâ sepeliri superbas moles suas videret. Quid enim? ut mortuos suos, quâ posset in cælum extolleret, surgere eò velut gloriæ humanæ scalas Pyramides jussit. At tu Lector, vide sis hoc die illum, qui vivus cælo jam cohabitavit, vivus Pyramides sibi quatuor posuit, invidiam non Ægypto modò, sed orco etiam facturas. Itaque SIMEON opilio primum, post præaltâ in rupe monachos inter Angelus vixit. Verum cùm ob mira, quæ maxima ac plurima patrabat, magni undique accursus fierent, novo miraculo columnas cœpit habitate, quarum quarta, & quæ ei ultima fuit, alta erat pedes IV. & L. Hic ille stare columna suâ firmior; dormire, aut considerare nunquam; vix adeò unquam quid cibi capere, ea & agere & pati, ut hominem dubitarint; Regibus denique, ac Imperatoribus, imò orbi ad se confluenti vel oraculum esse, vel asylon. Indoluit hostis, & dolis, quò domi suæ habet, usus, in flammandem currum non jam SIMEONEM, sed alterum Eliam invitavit. Nec male profectò cessit astus. Verum, cùm altero pede jam extenso, sacrum Crucis signum efformasset, in ventos scilicet & orcum,

B 2

non

20 VITÆ SANCTORUM. 5.Ian.  
nón in cælos , cum pessimo aurigâ abivit  
currus. At SIMEON , ut eâdem poenâ &  
se , & hostem ultum iret , uno , ut erat  
tum , pede , annum solidum perstigit.  
Mortuus est deinde anno ab orbe restaura-  
raro CDLX. ætatis CIX. atque, ut viciſſe  
ſcires, etiam post mortem ſterit. Ex Surio.

*Quid anime prodest , hēſternum diem  
tranſegiſſe in actione virtutis , ſi hodie velut  
desertor deſcriveris ab opere iuſtitia? Qua-  
leſ enim te invenero , ait Scriptura , talem  
te judicabo. S. Basil. in Epift.*

S. APOLLINARIS V. 5.Ian.

E ununchum ſpecta ; ſed apage illum  
Parnassi ruborem : hunc , quem dici-  
mus , virginitas dedit , cælum riſit , vel ,  
ſi mavis lacrimas , has quoque affudit  
cum ſuis ridenda Venus , Sed nunc ar-  
gumentum fabulæ habe. Fuit A P O L-  
L I N A R I S altera Anthemii viri Con-  
ſularis F. alteram dæmon malus inſide-  
bat. Illa Christum ſponſum cogitabat ,  
at hominem parentes. Quid nī etiam  
ſanctus amor hominum oculos luderet  
ingeniosus? Abit Jerosolymam cum no-  
biliſſimorum parentum veniā A P O L L I-  
N A R I S ; comites ſervulos , ancillas , opes  
trahit. Redux ex itinere has omnes in  
egenos ſpargit , illos manu mittit , uno  
alterōve duntaxat retento. Hos quoque  
piè fallit , & ſilvas habitat , jam ubi  
æſtus